



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

De contemptu mundi & temporalium, ex consideratione vanitatis & mutabilitatis & fugacitatis, & breuitatis eorum, præsentisque vitæ 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

376 D. DIONYS. CARTH.
De contemptu mundi & temporalium, ex consideratione vanitatis, & mutabilitatis, & fugacitatis, seu breuitatis eorum, praesentisq; vitae. art.

XXIII.

Iob. 20.

LAus impiorum breuis est, & gaudium hypocritae ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad coelos superbia eius, & caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinum in fine perdetur: velut somnium auolans non inuenietur, transiet quasi visio nocturna. Si futurae felicitatis, aeternaeque vitae aeternitatem, soliditatem, veritatem, & incorruptibilitatem ritè pensamus, puto quod mundus iste & praesens vita, temporalisq; gloria nobis ex corde vilescant, nec in rebus mundanis affectum spargemus, quin potius sempiterna gaudia & inuariabilia bona nobis in patria preparata, avidissimo corde quaeremus. Cum enim anima nostra immortalis sit, & propter splendorem intellectus omni materiali natura sublimior nequaquam

DE ARCTA VIA SAL. 377

quaquam in corruptibilibus, materia-
libus aut transitorijs quiescere debet,
sed immortalī, inuariabili, ac simpli-
cissimo Deo pura mente intendere.
Non ergo praesentem vitam, sed futu-
ram principaliter diligamus: omnem
transitoriam delectationem, tempo-
ralem honorem & laudem humanam
pro diuinitatis caelestisque beatitu-
dinis dilectione ex corde contemna-
mus. In tantum enim Deo placemus,
& futurae beatitudini propinquamus,
quantum ab omni laudis & gloriae
temporalis atque mundanae vanitatis
affecta cessamus, vt dicit Gregorius:
Soli enim Deo debetur, honor & glo-
ria à quo omne bonum procedit, No-
bis autem confusio vultus, qui to-
ties Deum offendimus inhonoramus,
negligimus. Non itaque nobis licitum
est gloriari in nobismetipsis, aut ina-
nem complacentiam in nobis habere:
sed sicut dicit Apost. Qui gloriatur in
in Domino gloriatur. Ecce mundus
transit & concupiscentia eius. Et que
est vita nostra in saeculo isto, nisi fu-
mus vt vapor ad modicum parēs, quae
mox exterminatur. Omnes sicut aqua
in terram dilabimur. Terra sumus,
cenis

1. Tim. 1.

2. Cor. 10.

1. Iohan. 2.
Iacob. 2.

2. Reg. 2.

- cinis & puluis, putredo & vermis.
Eccle. 10. Cum autem mortuus fuerit homo: hereditabit serpentes & vermes. Denique quid est vita præsens: nisi continuus atque calerrimus cursus ad mortem? Incessabiliter enim aliquid vitæ nostræ abscinditur. Ideoque David ait: Dies nostri sicut umbra super terram, & nulla est mora, & Ezechias pijsimus, præcisa (inquit) est velut à texente vitamea. Dum adhuc ordier succidit me. Etenim beatissimus Iob, Memento mei Domine: quia ventus est vita mea. Imo nihil est duratio vitæ huius respectu æternitatis, sicut Iob loquitur. Parce mihi Domine nihil enim sunt dies mei. Hinc dicit Chrysostomus: Centum si placeat annos demus dilitijs, adde & alios ceterum si libet, adde & decies centum, quæ erit ex his ad æternitatem compensatio? Nonne omne tempus vitæ huius quo delitijs frui videmur, & indulgere vanitati, quasi noctis unius somnus ad æternitatis cōparationē videtur? De hoc dicit Hieron. Si haberes sapientiā Salomonis, pulchritudinem Absolonis, fortitudinem Samsonis, diuitias Crassi, potestatem Octaviani, quid hæc

Ibidem.
Chrysof.

Hieron.

DE ARCTA VIA SALV. 379

hæc perderunt tibi, cum statim dabitur caro vermibus, & anima tua demonibus? Porro vt asserit Augustinus. Adam si adhuc viueret & hodie moreretur, quid illi vitæ longitudo profuisset? Hæc nunc amantiissime profundè perpende. Qui enim modo hæc attendere negligunt, certè vel ferò & infructuose cū reprobis dicēt in die iudicij. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, *Sap. 8.* & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierūt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nūcius præcurrens. Denique tunc reuelabunt cæli iniquitatem, & vanitatem amatorū huius mundi & terra aduersus eos confurget. Tunc manifestum erit peccatum eorum cum his qui dixerunt Deo. Recede à nobis, sciētiā viarū tuarū nolumus. Tunc pugnabit, pro Deo contra eos orbis terrarum. Luent omnia quæ fecerunt nec consumentur. *Iob. 20.* *Iob. 21.* *Sapient. 5.* Iuxta multitudinē adinventionū suarū sustinebunt. In diē enim perditionis seruetur malus, & ad diē furoris ducetur, & de furore omnipotentis bibet. *Iob. 21.*

380 D. DIONYS. CARTH.
bibet. Hic mentem tuam perterreat
à mundo auertant, Deo coniungant.
Præterea in hoc innotescit vanitas
mundi, quod prosperitas & læticia ei-
us cum ingenti auiditate expectatur
& cum venerit, teneri non potest, sed
transcunt omnia, & euclāt cuncta. Præ-
terit ista dies nescitur origo secundæ.
An labor, an requies: sic transit glo-
ria mundi. Ideo Augustinus inquit.
Quid vis, vtrum amare temporalia &
transire cum eis: an Christum dilige-
re atque cum eo æternaliter viuere.
Siquidem teste Hiero: difficile immo
impossibile est vt præsentibus quis &
futuris fruatur bonis: vt & hic ven-
trem, & ibi mentem impleat, vt à deli-
tijijs ad delicias transeat vt hic & in fu-
turo gloriosus appareat. Mundana-
rum autem & temporalium rerū con-
temptibilitas elucescit ex hoc, quod
frequenter Deus dat eas abundantius
hosti. b^o suis seu reprobis quam electis.
Electus vero ex fine considerat, nihil
esse quod transeunter seculariter que
delectat. Ea propter dicit Hieronym^o.
Festina consolatio bonorum est, con-
sideratus finis malorum. Dum siqui-
dem ex reprobiorum interitu, contem-
ciunt

DE ARCTA VIA SAL. 381

ciunt malum quod euadunt, leue arbitrantur quicquid in hae vita patiantur. Ecce charissime, quanta fallacia huius sæculi, & quanta cæcitas amatoris eius. Dum enim libenter, & iucundissime moratur in mundo, diuq; viuere sperat, ac in futurum multa disponit, repente & inproiise mori iubetur, & vniuersa quæ vitiosè dilexit, in momento relinquere, Vnde Christus Lucę 12. refert diuitem sic sibi ipsi loquutum. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte hac nocte animam tuam repeam, à te. Quæ autem parausti cuius erunt? Veras ergo & spirituales diuitias congregemus, quæ nos in hora mortis non deserant, sed eorum Deo appareant, nosq; virtutibus speciosos constituent. In his diuitijs potes quotidie bene proficere, sic vt talis profectus tibi vere salubrior sit, quam si omnes mundi diuitias possideres. Nullum igitur temporis spacium vane expendas. Nec solum opto te occupari in bonis, sed in melioribus, vt semper inquiras viciniora saluti, & Deo vicinior fias sicque reuerenter & verè

verè nobiliter coram diuini vultus
 præsentia conuerferis. Cogita atq; re-
 cogita quietem & pacem puri cordis,
 delectationem animæ Deum contem-
 plantis, securitatem & spem mentis
 Deum amantis: scies quod talibus in-
 tēdere sit, deiformiter viuere, quodq;
 cæcus sit qui alijs deditus est. Nonne
 omne creatum defectiuū est, & omne
 transitoriū inquietum? Breue quoq; &
 modicum est, atq; mutabile, quod tē-
 pori subiacet. Idcirco mundi amator
 nil firmum aut stabile habet, sed leuis
 est ipse & inconstans, tanquam in ver-
 tiginē positus, cum non in solo Deo,
 sed in omnib; vanis & transitorijs de-
 lectionem efflagitat, nunc istud, nūc
 illud affectans, nunc quod amabat fa-
 stidiens, nunc aliud non desideratum
 concupiscens. Iustus vero & Dei ama-
 tor, tranquillus, vniuersalis & stabilis
 perseverat, tanq̄ immobili fundamēto
 Deo æterno fundatus. Propter q̄ Salo-
 loquitur. Quasi tempestas transiens
 impius non erit. Iustus aut̄ quasi fun-
 damentum æternum, Insuper amato-
 ribus mundi condolens Augustinus
 exclamando alloquitur eos: O amatores
 mundi quid laboratis, cur vos ipsos af-
 fligitis

Prohex. io.

August.

fligitis circa nihil, cū creatorē omniū
 possidere possitis? Quid amplius que-
 ritis, quid sufficit homini, cui cōditor
 ipse non sufficit? Si enim omne bonū
 facile habere valetis, (scilicet Deum)
 cur nitimini plena miserijs posside-
 dere? Maior ne esse poterit spes ve-
 stra in mundo, quam vt amici sitis
 mundi? ibi quid non fragile, quid
 non caducum, quid non mutabile ple-
 numque periculis, per quæ ad maiora
 & sempiterna pericula peruenitur? De
 vanitate quoque vitæ mundanæ, di-
 cit Hieronymus: O vita non vita, sed *Hieron.*
 mors, vita fallax & onusta tristitijs,
 inbecillis & vmbatica, nunc flores &
 statim arescis, vita priuans cui ines,
 vita fragilis, vita momentanea & ca-
 duca, quæ quanto plus crescis, tanto
 magis decrescis. Quum plus proce-
 dis, plus ad mortem propinquas. O vi-
 ta plena laqueis, quod in mundo, la-
 queas homines, quot per te iam su-
 stinent infernaliam tormenta, O quam
 beatus qui tuas cognoscit fallacias,
 quam beator qui de tuis non curat
 blanditijs vanis, quam beatissimus
 qui te bene priuatus est.

Quod